# Capitulū tertium.

eorū fit non ſm fidem ſed ſm genus Neceſſariū ergo eſt vt omnes boni ⁊ mali fiāt chriſtiani ⁊ omnes veritatis agnitōnē accipiāt: vt ⁊ poſtea miſſis tentatiōibꝰ pauci eligātur de multis. vt impleatᷣ q̃d dictū eſt Multi ſūt vocati pauci vero electi Nūquid tu reꝑhēdēis qñ a tritico ſeꝑas paleas ⁊ ita recondis? Nec enī eſt rō vt cū tritico reponas etiā ⁊ paleas quia nec neceſſarie ſunt tibi ad vſum Et quō deuz culpemus quia a fidelibus ſeꝑat infideles: qui nō ꝓficiunt ad gloriā eius? Et ille quidem palee habent ꝑ naturam vt ſint palee: ⁊ triticū eſſe nō poſſūt Infideles aūt nō per naturā hñt vt ſint infideles ſ; fiunt ꝓpria voluntate: expellentes a ſe medullā iuſticie Si ergo ille palee que nō poſſunt triticū eſſe cōburuntur in igne. q̃to magis infideles dignius cōburētur qui poterant triticū eſſe: ſi nō a ſe medullam iuſticie ꝓieciſſent? Et vide q̃niā nō dixit mūdabit areā ſuam: ſ; ꝑmundabit. Per tꝑa enī vſq; ad cōſummationē. ſemꝑ ncē eſt vt diuerſ modis tētetur eccīa: donec ꝑmūdetᷣ Et ideo eccīa chriſti nunq̃ ſine tētatiōe dimiſſa eſt Et primū quidē vētilauerūt iudei eam. deinde gentiles. mō heretici: poſtmodū aūt ꝑuentilabit āntichriſtus. Sicut enī qñ ꝑmodica aura eſt: nō ꝑmundatur tota tritici maſſa. ſ; leuiores quidem palee modica aura iactātur. grauiores aūt remanent. ſimiliter remanēt ⁊ vacua: grana neceſſe eſt ergo vt maior expectetur ventus. vt ⁊ grauiores palee ⁊ vacua grana: iactētur: Sic ⁊ qñ modica ē tētatio. illi tātum ꝑeunt de eccīa qui multū ſunt infideles Ideo neceſſaria eſt tentatio maior. vt omnes infideles plenius expellantᷣ. vt ꝑpurgetᷣ eccīa. Et modo quidē modico flatu tentationis ſufflāte peſſimi hoīes recedunt: ſi aūt ſurrexerit maior tempeſtas. ⁊ illi qui vidētur ſtabiles ſunt exituri.

t Tunc venit ieſꝰ a galilea in iordanem ad iohānem ⌋ Qñ? Qñ iohannes ꝑ̄dicauit dicens. Pnīam agite: appinquauit eniz regnū celorū vt teſtimoniū acciperet a iohanne Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit peccata mundi. Et vt cōfirmaret ꝑ̄dicationem ipſius. vt vidētes hoīes chriſtum cū eſſet ſine pctō. quaſi pctōrem baptizari dicant apud ſe Si ille de cuius innocentia ipe baptiſta teſtimoniū dedit: baptiſmū ſe neceſſariuz habere putauit. quō nos cōtēnimus pnīam qui ſumus coopti pctīs? Itez teſtificatus erat iohannes. qm̄ ego baptizo vos in aqua. poſt me aūt veniet fortior me. ipe vos baptizabit ī ſpiritu ⁊ igne. Ideo tunc venit vt etiā hoc teſtimoniū eius oſtenderet verū: vt in baptiſmo eius apiantᷣ celi. deſcēdat ſpiritus. pater clamet de celo: ⁊ ꝑ hec manifeſtū efficiatur quia vere dignitoſior erat iohanne qui baptizatur a iohanne. Sicut enī qñ ꝓceſſit lucifer lux nō expectat occaſum luciferi vt ita ꝓcedat. ſ; adhuc eo aſcendente egreditur. ⁊ ſuo luīe obſcurat illiꝰ cādorem: ſic ⁊ iohanne predicante ante chriſtum. chriſtus ñ expectauit vt curſum ſuū iohannes impleret ⁊ ſic veniret ipe in mediū: ſ; eo adhuc docente apparuit. vt per ꝯꝑatione doctrine ſue vel opis. ꝑ̄dicatione iohannis faceret nec videri iuſticiā. Unde poſtq̃ cepit chriſtus ꝑ̄dicare. ad ſe currētibꝰ vniuerſis viluit doctrina iohannis. Unde diſcipuli videntes dicebāt ad eū Rabbi. ecce cui teſtimoniū ꝑhibebas ecce hic baptizat ⁊ omnes veniunt ad eū Deīn venit ad baptiſmū nō vt ipe remiſſionem pctōꝝ acciperet per baptiſmum: ſed vt ſcīficatas

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-120/0068
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt